

## Psalmus responsorius

Ps 65, 1-3a. 4-5. 6-7a. 16 & 20 (R̄.: 1)

R̄. Iubiláte Deo, omnis terra.

vel:

Allelúia.

- <sup>1</sup> Iubiláte Deo, omnis terra,  
<sup>2</sup> psalmum dícite glóriæ nóminis eius,  
glorificáte laudem eius.  
<sup>3</sup> Dícite Deo: «Quam terribília sunt ópera tua. R̄.
- <sup>4</sup> Omnis terra adóret te et psallat tibi,  
psalmum dicat nómini tuo».  
<sup>5</sup> Veníte et vidéte ópera Dei,  
terríbilis in adinventiόνibus super filios hóminum. R̄.
- <sup>6</sup> Convértit mare in áridam,  
et in flúmine pertransíbunt pede;  
ibi lætábimur in ipso.  
<sup>7</sup> Qui domináatur in virtúte sua in ætérnum. R̄.
- <sup>16</sup> Veníte, audíte, et narrábo, omnes, qui timétis Deum,  
quanta fecit ánimæ meæ.  
<sup>20</sup> Benedíctus Deus, qui non amóvit oratióne meam  
et misericórdiam suam a me. R̄.